

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Programma In Funere luctuoso Viri ... Dn. Alberti Heins Icti celeberrimi,  
Decretalium Professoris in hac Universitate emeriti ... Propositum a Decano Et  
Collegio Iuridico, in alma Rostochiensi Academia**

Rostochii: Kilius, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756281423>

Druck    Freier  Zugang



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

riac  
orum  
ingenium.

Kl. 241. (3.) <son>





12  
3  
S  
255

# PROGRAMMA

In Funere luctuoso

VIRI

Clarissimi, Consultissimi, & Excellentissimi

# Dn. ALBERTI

## Heins/

JCTi celeberrimi, Decretalium Professoris in hâc Universitate emeriti, & Juridicæ facultatis Senioris desideratissimi,

Propositum

à  
**DECANO ET COLLEGIO JURI-**  
DICO, in almâ Rostochiensî Academiâ.



## ROSTOCHII,

Excudebat NICOLAVS KILIVS, Academ. Typograph.  
ANNO M. DC. XXXVI.



Eipublica benè constituta, si  
Virorum senio, auctorita-  
te & prudentia præcelen-  
tium venerabili consejua ea  
sit stipata, quantum inde  
adnascatur tam emolu-  
menti, quā ornementi, fa-  
cile intelliget unusquisq;  
qui admittet illud Cicero-  
ronis: Non viribus, inquit, non velocitatibus aut  
celeritate Corporum res magna geruntur, sed  
Consilio antiquorum & scientiā; quibus non  
orbari, sed augeri etiam solet senectus. Quid e-  
nim Republica sine Consiliis salutaribus? Idem  
quod homo absq; vitā, qui truncus est & cadaver;  
quod absq; gubernaculo navis, quæ, quia regimini  
non amplius subjacet, procellarū ac ventorum libidi-  
ni undiquaq; objicitur, à quibus diu multumq; dum  
divexata fuit, tandem vel aquarum colluvie obdu-  
cta, vel ad scopulos collisa, fundum quin petat, dubi-  
um non est: Eadem ratio in omni quoq; obtinet socie-  
tate, quæ, quamprimum Consiliorum adminiculis  
destituitur, quantā subito aza obrnatur, & cer-  
tissime

men  
rha

386

S

tissimo subsequentे interitus, tot nobilissimorum,  
proh! dolor Rerum publicarum, quæ rectis consiliis  
susq; deq; habitis, appetitui potius & cupiditati in-  
dulgere suæ miserabilis ostendit ruina; adeò ut consi-  
lia prudentum vel ipsis anteferenda sint mœnibus ac  
propugnaculis, & tales imprimis omni curâ queren-  
di, quorum sapientia, vel si in exitium vergat, via-  
dicari, vel si jam collapsa fuerit, restaurari possit  
Respublica. Sperandum istud erit non ab iis, qui  
vix heri nati sunt aut nudiustertius, ut ajunc,  
sed qui ad solidam, quâ in atate juvenili animum  
imbuere eruditio nem multiplicem insuper va-  
riarum rerum cognitionem, experientiam  
& usum, qui seris demum venit ab annis, ad-  
jecerunt. Agnovit id Scriptura sacra, quæ in hac  
verba prorumpit: In antiquis est Sapientia, &  
in longitudine dierum intelligētia, Job 12. Cum  
etenim in hac mundi Universitate ita sit compara-  
tum, ut eadem fabula semel acta sapientia repetatur,  
mutatis solummodo personis, & Controversia vel  
antea etiam decisæ non nunquam recurrere observen-  
tur, nemo utiq; satius de iis & rectius feret judicium,  
quam ille, qui similia aliquando expertus, præterita  
præsentibus dextrè componere, & utriusq; causæ cir-  
cumstantias exactè sciat ponderare. Et licet Natura  
novas subinde (ut effato Imperatoris Justiniani, in

L. 2.

L. 2. C. de vel. Fur. enucl. utamur) deproperet e-  
dere formas; neq; tamen hoc in passu inanis est longa  
experientia multarum rerum Magistra, sed ubi in  
casibus diversis appareat aliqua convenientia, ubi i-  
tidem discrepantia, uti animadvertit, ita postea,  
quid decernendū sit, videbit eō cōmodius. Causa est  
hoc ipsum, quamobrem Philosophi inquietas negotio-  
rū publicē gerendorum vices juvenibus, Senioribus  
verō pacatā consulendi assignent provinciam; Cum  
ex horū prudentiā non minor, si non longē major utili-  
tas, quā ex illorum sedulitate in sinum Reipubl de-  
volvatur. Unde factum, quod antiquis temporibus  
venerabilis senectus tanti semper fuerit pretij Ex-  
istimationis, ut olim, teste Callistrato, in L. semper 5. ff  
de Fur. Immunit. apud priscos Romanos idē panē ho-  
nos tribueretur senibus, qui Magistratibus, ijj, sin-  
gulari etatis privilegio ab omnibus oneribus civili-  
bus eximerentur. In genere quod dictum est de Re-  
bus publicis, idem jure optimo de Academis ( ex  
quibus veluti fœcundissimo Copia cornu semina o-  
mnis sapientia omnisq; Consilij, quicquid quidem in  
reliquis eminet politijs, omnino derivari necessū est)  
cum primis autem de Juridicā Facultate affirman-  
dum venit, in quā Consiliorum harmonia utramq;  
paginam facit, primas similitenendo & ultimas; Ibi  
sanè quid poscit autoritas Seniorum, qui dum senili  
G

State & prudentia alijs antecedunt, aliorum  
consilia minus exercitatorum, ne divagentur extra  
orbitas, decenti gravitate ita moderantur, ut in a-  
quabili lance perpetuo consistat alma Justitia; fateri  
utiq; habebunt, illi, quibus sui, quo simul conclusi te-  
nentur, salus Collegij, non in ore solum hæret, ac la-  
bijs, sed ad abdita potius cordium penetralia descen-  
dit. Innuere id dubio procul ipsa quoq; voluit Fa-  
cultas, quandò honorificum SENIORIS titulum  
ab antiquitate propagatum laudare consuevit, tum  
ut memorabili quasi ~~tempore~~ sui se commonefaceret  
officij, tum ut quantum à sapienti canitie resultet  
felicitatis, singulis daret pensandum. De  
hujusmodi prosperitate Collegium nostrum Juri-  
dicum verè sibi gratulari ut potuit, ita debuit;  
Cum talem susplexerit hactenus Seniorem, Virum  
Clarissimum, Consultissimum & Excellentissimum,  
Dn. ALBERTVM HEIN, p.m. Juris U.  
Doct. & Decretalium Professorem Emeritum,  
Collegam nostrum desideratissimum, cuius, dnm  
inter vivos agebat, fidelitatem in partibus officij  
obeundis, in Consilijs formandis candorem, pru-  
dentiam & dexteritatem, in communibus suble-  
vandis laboribus promptitudinem, in conversando  
deniq; gravitatem, non absq; insigni fructu & emo-  
lumento percepit (Vtinam percepisset diutius! )

Verum

Verum enim verò quò celebriores antea in hoc suo Seniore deprehendit dotes, eo jam vehementiori percellitur luctus, ubi spe & opinione citius tanti fulcri violentia mortis sibi subrepti jacturam experitur. Sed quoniam immutabili diuinī fati dispositione hoc ita cecidisse credimus; nostrum erit, patienter in eo acquiescere, & interea declaranda gratitudinis ergo, monumentum aliquod honoris, non ex are quidem aut marmore, quod diuturnitate temporis facilimè conficitur, sed è literis conflatum, pīe defuncto adornare, ejusq; vita histriam rudi saltē penicillo, ne thura alias in Sabam deferre videamur, pro receptā consuetudine brevibus, uti accepimus, attexere. Principiō ortum & nativitatem quod spectat, que incidit in annum prioris seculi septuagesimum primum, & diem Mensis Februario, 17. hanc Senior noster (cujus manes nunc sunt ex annis 2010) post Deum opt. maximum, laudatissimis unicè acceptam tulit parentibus; Patri quidem Viro Clariss. Consultiss. & Excellentiss. Dn. Doctori Frederico Hein, Professori Decretalium in hac Universitate quondam celeberrimo, ac Illustrissimi Principis Dn. Johannis Alberti, Ducis Megapolitani Consiliario; postmodum hujus urbis Syndico & Consuli gravissimo, eternā digno memoria: Matri verò, Anne Dobbins/ Matrone virtutum matronalium decore insigniter conspicua, Senioris Dr. Alberti Dobbins/ Senatoris in hac civitate olim prudentissimi, filie charissima. Horum egregiam parentum imaginem filius hic minimè degener toto vita studio in semetipso ad vivum referre atq; exprimere annis, quemadmodum paternorum honorū, ita paterna quoq; pietatis, virtutis & eruditioñis hæres extitit, & parentis sui famam secum non modo passus est non intermori, sed vestigij ejus tenaciter insistens, indies excitat̄ abundantius, ut adeò verum fuerit de ipso, quod canit̄ Poëta;

388  
S

Poëta; Fortes creantur fortibus &c. Talis autem in-  
doles eximia cum à primis statim annis in manuæ ity nostro  
gliscere jam cœpisset, fidelis deinceps educatione & institutione  
aucta fuit magis magisq; quando ductu & suau Dn. Pa-  
rentis sui frequenter sueverat ad pedes considere præcepto-  
rum tam privatorum quam publicorum, usus imprimis ope-  
rà M. Nathanis Chytræi, cuius viri postea, semper ut me-  
minit, in grati animi indicium, non sine encomio meminisse  
perhibetur: Sub ipsius disciplinâ postquam juveniles tamdiu  
transfegerat annos, donec tantum profecisset, ut peregrina-  
tionibus aptior aliquanto censeretur, nationes maluit saluta-  
re varias, earumq; mores ad sui informationem pervestiga-  
re, quam domi ignotus cum ignotis delitescere: Quapropter  
anno etatis decimo septimo, circa festum Johannis Baptiste  
in Argentinensem Academiam ablegatus, ibidem Dasipodij  
magni illius Mathematici convictor, politiorem literaturam,  
præante præstantissimo Junio, Eloquentie Professore publico,  
sedulus excolluit: Cuius rei præclarum, quod Argentorati  
tunc temporis ediderat, specimen etiamnum extat in ipsis  
Junij voluminibus. Exacto triennio & quod excurrit, domum  
reversus, cœptam studiorum semitam gnaviter decurrere  
perrexit. Postea Anno 1592. peregrinandi cursum ite-  
rūm ingressus, Basileam adiit, utq; anno spacio unā cum  
duobus mensibus illic loci apud Dn. D. Gryneum commora-  
tus fuerat; concepit anno 1593. Heidelbergam, ubi in ami-  
cissimâ consuetudine Avunculi sui Dn. D. Nicolai Dob-  
bins Serenissimi Electoris Palatini Consiliarij initimi, ad an-  
num & tres menses vixit paulò familiarius. Heidelberga tan-  
dem iter in Gallias molitus, initio Sedanum discessit Anno  
1594, ibiç infamiliaritatem devenit July Pacy ICti celeber-  
tissimi, (qui, ut Academiam eo nuper in loco fundatam, suâ o-  
perâ

perà illustriorem redderet, Heidelbergā illuc commigraverat)  
Anno abhinc elapso Lutetiam, ubi aliquantisper dum substituit, in amicitiam se insinuavit Brederodij ICTi Clarissimi;  
Lutetia verò Aurelias profectus, in quibus per trimestre spatium officio Assessoris nationis Germanicæ laudabiliter functus, Biturigas, & indè Lugdunum contendit; sicq; denuo  
Lugduno Germaniam per Helvetios, & deniq; Rostochium, patriam suam dulcissimam, à longo peregrinationis curriculo, Anno 1596. mense Aprili repetit. Redux factus, eodem statim anno, 16. Septembr. tot exantlatorum anteà laborum, brabeum reportavit augustissimum, susceptis à spectabili p. t.  
Decano Dn. D. Heinrico Camerario, doctoralibus privilegijs ac honoribus. In sequente anno animum ad matrimonium, dum applicuisset, Deo ita disponente, Dn. Parentis sui auctoritate, in vita sociam, ultimo Januarij, sibi assumit Virginem Lectissimam, Catharinam Horstmans/ pījs parentibus, Pa-  
tre viro spectatissimo Henrico Horstman/ (qui laudabilis zelō Salutare reformationis negotium in regno Sueciae cōceptum, transmittens illuc libros nostrae religionis in Idioma Sueicum, ad imperitā plebeculae informationem translatos, suisq; excusos impensis, cum non exigua rei familiaris jactura insigniter sublevavit) Matre verò Anna von Hasselen/ Fæminā mode-  
stā, prognatam: Cujus germana Soror Matrona erat laudatissima Anna Horstmans/ Viri Magnifici & Consultiſ. Dn. D. Jacobi Bordingi, Cancellarij Megapolitani, Antecessoris hujus Academie, de eadem & privatim, & in publicis Imperij comitijs, impetrato facultatis Juridica Decanatu Cesareo comitiva, ut vocant, dignitatis diplomate, egregie meriti (cujus fama quibus non innotuerit, in numero eruditorum si qui sunt pauci erunt) conjux dilectissima. Ex hac suā uxore modo dictā Senior noster, felicitatis conjugalis non infimam partem

38<sup>s</sup>

S

partem expertus. Sex filios & unicum filiam, videlicet u-  
trumq; Clariss. & Consultiss. Virum, Dn. Fridericum J.U.D.  
& Advocatum solerissimum p. m. (ex quo neptem unicam  
Annam Elisabetham Heins superstitem conspexit) Et Dn.  
D. Albertum, Historiarum apud nos Professorem dignissimum,  
Collegam & amicum nostrum pie defuncti parentis sui vesti-  
gia strenue prementem (ex quo nepotem unum jam emortuū  
Albertulum, unamq; neptem Catharinam Margaretam nu-  
per natam vidit) inde Henricum primum, Annam, ambos in e-  
tate tenera denatos, Henricum secundum, Ernestum, in  
infantia itidem extinctum, & deniq; M. Johannem Alber-  
tum in casulis literarum continuo desudantem, veluti pre-  
clara tori pignora sustulit. Postquam autem prima hac con-  
jux fatorum legem Anno 1519. explexisset, finitus viduitatis  
annis ad secunda vota progressus Senior noster, Matronam  
castissimam Annam Luschoviam, Viri Clariss. & Consultiss.  
Dn. D. Marci Luschovij quondam hujus Academia Professo-  
ris filiam, Balthasaris Hahnij, civis & patriij apud nos pri-  
marij reliquit viduam, conjugali vinculo sibi junxit; Quae  
ipsa etiam, dum Anno 1631. una cum marito Lubecā ad nos  
vix rediisset, dysenterie morbo correpta, natura debitum ex-  
solvit. Ab hoc tempore viduam vitam produxit ad triennium:  
Cum vero gravissimum senectutis jugum dorso impen-  
dere persenticeret, videretq; non ē re sua futurum, si onus vi-  
duitatis oneri ulterius superimponeret, & sibi ipsi varijs alias  
constricto curis, & diurno insuper morbo laboranti, majo-  
res crearet molestias, ad tertia vota animum appellens, Socru-  
m filij sui Dn. D. Alberti, spectata cognitaq; virtutis Matronam,  
Margretam Hagemeisters primum Dn. Simonis Pauli, Ar-  
chivarij quondam & Secretarij intimioris Illustrissimi Princi-  
pis ac Domini, Domini Adolphi Friderici Duci Megapol. Do-

B

mini

ni nostri clementiss. sed postea Junioris Dn. Alberti Dob  
bins / Senatoris hujus Civitatis integerrimi relictam vidu  
am, ceu domesticarum difficultatum Sociam fidissimam ex  
ambijs, spe quidem minimè frustratus, quam de eâ concepe  
rat; quippe que toto morbi hujus gravissimi tempore, lateri  
eius adhaerens, sollicitam ipsius curam impensè habuit, nec  
quicquam vel obsequij, vel pertinacis patientia intermisit, pro  
bans quod deseret prestare agro suo marito matrem familias.  
Partes officij, quibus Senior noster potissimum summi D E I  
gloriam, & B O N U M P U B L I C U M, tanquam scopum o  
mnibus suis actionibus propositum, sectatus est unicè, quod  
concernit, primum ipse Professionis Decretalium provinciam  
à Celsissimo Principe ac Domino, Domino Udalrico Duce Me  
gap. beatiss. memoriae, ipsi demandatam, à tempore promotionis  
suscepit, eiqz. non sine singulari studiose juventutis adifica  
tione, hucusq. & sic ad 40. annos ita pefuit, ut nomen suum  
profiteretur merito, non inter eos, qui immensum Juris ocean  
um viri a tergo salutant, sed inter solidè eruditos & sinceros  
Jureconsultos. Postmodum Anno 1610. in aulam Illustrissimi  
Principis Johannis Alberti, Ducis Megap. beatiss. itidem re  
cordationis, ad subeundum Consiliarij manus avocatus, sub  
initium magnis & arduis negotijs, videlicet compositioni con  
troversia de Episcopâ Ratzeburgensi inter Duces Lunenburgi  
cos & Megapolitanos agitate, itemq. fraternæ Transactione  
de divisione provinciali, inter Illustriss. Principes nostros Va  
renholzijs celebrata, non absq. laude interfuit: Cumq. officij  
nomine Gustrovij subssisteret per biennium, ne interea rei a  
cademicæ quicquam decederet, suas in professione vices com  
misit Viro Clariss. ac Consultiss. Dn. D. Christiano Ohmen/  
nunc apud Regiomontanos Professori Juris primario; tandem  
verò ab Illustriss. Principe gratiōsè quidem dimissus, sed ea  
lege,

min  
r. he


39  
S

lēte, ut Legationes, quas dicunt, circulares obiret nihilō-  
secig. (Quas etiam ad annum usq; 26. fideliter ita administrā-  
vit, ut & illustriss. Principi satisfaceret ex aſſe, & publico  
quod inservire poterat commodo, nunquam in consulendo  
negligeret, rediit ad lares patrios, ibiꝝ ad hæc usq; tempora  
tam Academia, quam̄ potissimum facultati noſtra Juridica,  
(In quā & hoc ipſo adhuc ſemestri aſtrivo Decanatum, quam-  
diu potuit, ſuſtinuit) indefeffam operam ac curam, licet re-  
clamante ſapenumerō valetudine adverſā, navare ſedulo  
non deſiit. Dones deniq; morbo indies accreſcente, & acce-  
dente ſtomachi, nec eſculenta nec poculenta amplius admie-  
tentis, imbecillitate, finem vita in honorabili conſtitutus ſe-  
neſtā, paulatim animadverteret approperare, ad piam ſe de-  
voſionem, quam universo vita ſpatio adamauerat corditus,  
composuit, inq; illā inter preces & ſuſpiria Viri Reverendi M.  
Chrifiani Michaëlis, Pastoris apud nos vigilantissimi, alio-  
rumq; domesticorum, prid. Cal. Sept. ad beatissimum Electo-  
rum conſortium emigrans, magnum ſui poſt ſe reliquit deſi-  
derium ac dolorem. Luget eum vidua mætiſſima, qua ma-  
ritūm amantiſſimum; Lugent filij & neptes, qui patrem a-  
vumq; fideliſſimum; mærent frātres Clarissimi, Sorores hono-  
ratissime, qui frāterem & columnam familiæ ſua nobiliſſi-  
mam; dolet candor & probitas, qua cultorem induſtrium;  
Luget deniq; Academia & maximè noſtra Facultas Juridica,  
qua Seniorē amisi plus quam̄ deſideratissimum. Ejusmodi  
autem dolorem non alio modo teſtatum facere poterit Reſ-  
publica literaria, quam̄ ſi gratiſſimam ſit Senioris ſemper  
ſecum conſervet memoriam, atq; hujus rei gratiā ultimum  
humanitatis officium, pie defuncto ſuo partim collega &  
fautor, partim verò praeceptor, ad horam primam frequenter  
comitatu reapse exhibeat. Exigunt id, tum merita Dñ. Senio-  
ris noſ

ris nostri, qua in hanc Academiam extant, non vulgaria;  
cum splendida totius familie amplitudo; ut quamvis de Ci-  
vium hujus Universitatis promptitudine, nequitiam dubi-  
temus, unicuique tamen calcar addere jure debuerimus, ex  
animo vorentes, *Vulnus*, quod Academia, nostroq[ue] Collegio  
Juridico inflixit manus acerba, ut illud dextra Dei bensi-  
gnissima imposterum resarcias tanto clementius. P.P.Ro-

*stochi sub sigillo Facultatis nostra s. Septembr.*

*Anno M. D C. XXXVI.*



min  
rhe








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756281423/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756281423/phys_0019)

DFG





the scale towards document

ges ac Principes s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> attoniti audire: Suazeminentis vim, non secus ac Demosthenici p<sup>t</sup>etum imperij Proceres s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> sensere. De s non tantum privati, sed & publici partibus, minis forma, de religionis purioris vindicijs, ibus recte instituendis, litium prolixis telis ad publicam salutem conservandam necessaria ocellorum nostri ævi, novas Utopias somnialut alter Sulpitius, studio, usu, experientia, & sed & archivis actisq; publicis haustâ scientia planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij Ctorū disertissimū & oratorū juris peritissimū t. Accedebat naturalis cum decenti venustate ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini s, in negocijs expediendis dexteritas, in adversis continentia, in fortunæ instabilitate quâ bonæ conscientiæ scuto munita, omnes immunitatum, invidiæ & litoris iclus ac mortus repulit. Aulicis negotijs gravibusq; causis & occupatisissimus fuerit, semper tamen respexit, ejus ut quondam alumnus, ita as defensor, imo & excultor perpetuus fuit. Ioz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Proidente, eidem in officio suffectus & in collegium Juridicus fuerit; præstitit se quoq; in hac vita statione fidum tiones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos & tiri & Labeonis JCt ex exemplo annum quasi cum labori quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi caria viri consultissimi Christiani Obmichy J. D. eximij, dæmicum sibi creditam, luculenter feceravit. Virtutin aduersus affectuum motus, & adversitatum impetus mavit, seq; invictum reddidit: ast à morbis corporis seotius quod animo fortior, ed semper fuit corpore debilior: um in itinere quodam officij ratione sucepto, correptus ti initio typum tertianæ simplici gessit, ita non multo sentavit, & inædis inducijs indulxit, majori paulò post suans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans, Accesserunt lienis & mesaræ obstrunctiones, & quareoles scorbutus, perennis iudem à capite ad fauces & pulsatens indelinens tusus, cuius vehementia, venuila pulmonum